



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Boni.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

118      Pars secunda de elevatione  
in tempore necessitatis dare responsum. Ibid. Tres  
species odivit anima mea : pauperem superbum,  
Et divitem mendacem, Et senem fatuum, Et in-  
sensatum. Eccl. 25. Egressu est iniquitas de Ba-  
bylone à senioribus iudicibus. Dan. 13. Exaltent  
eum in Ecclesia plebis, Et in cathedra Seniorum  
laudent eum. Ps. 106. Senes, ut sobrii sint pu-  
dici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in pa-  
tientia. Tit. c. 2. Ne projicias me in tempore se-  
nectutis, cum defecerit virtus mea, ne derelin-  
quas me. Ps. 70. Tunc enim ob deficientes vi-  
res mentis tuo auxilio indigebo. Senectus ven-  
rabilis non diurna, neque annorum numero  
computata. Aetas senectutis vita immaculata.  
Sap. 7. Habent senes insigne exemplar in Ele-  
zaro Nonagenario l. 2. Machab. c. 6. quod to-  
tum meretur legi.

§. 3tius.

Boni, Mali, Hostes, Consanguinei, Et diverse  
fortunæ.

Boni.

**B**eati immaculati in via, qui ambulant in le-  
ge Domini. Beati, qui scrutantur testimo-  
nia ejus, in toto corde exquirunt eum. Ps. 118.  
Hac est generatio querentium eum, querentium  
faciem Dei Jacob. Ps. 23. Filii Sanctorum su-  
mus, Et vitam illam expectamus, quam Deus  
daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant  
ab eo. Tob. 2. Justus ut palma florebit, sicut  
cedrus Libani multiplicabitur. Ps. 91. fili

fui, etenim senui, & non vidi justum derelictum,  
nec semen ejus querens panem. Totâ die misere-  
tur & commodat, & semen illius in benedictione  
erit. Ps. 36. His sunt viri misericordia, quorum  
justitia oblivionem non acceperunt. Cum semine  
eorum permanent bona. Hereditas sancta nepotes  
eorum, & in testamentis stetit semen eorum, &  
filii eorum propter eis in aeternum manent. Gene-  
ratio eorum & gloria eorum non derelinquetur, lau-  
dem eorum annuntiet omnis Ecclesia Sanctorum.  
Eccl. 44. Melius est modicum justo [qui non ac-  
cipit corruptiones] super divicias peccatorum  
multas Ps. 36. Cum Sancto sanctus eris, &  
cum viro innocentie innocens eris, & cum electo  
electus eris, & cum per verso perverteris. Ps. 17.  
Qui thesauro sapientiae divinae usi sunt, participes  
facti sunt amicitiae Dei propter discipline donec  
commendati. Sap. 7.

## Mali in genere.

I Niquos odio habui, & legem tuam dilexi. De-  
clineat à me maligni, & scrutabor mandatae  
Dei mei. Omne nō-viam iniquam odio habui. Ta-  
bescere me fecit zelus meus, quia oblitus sunt verba  
tua inimiciti. Longè à peccatoribus salus, quia  
justificationes tuas non exquisiverunt. Ps. 118.  
Perfecto odio (cadente in sclera, non in per-  
sonas) oderam illos, & inimici facti sunt mihi.  
Ps. 138. Ob monita mea exacerbati. Si præ-  
occupatus fuerit homo in delicto; Vos, qui spiritua-  
les estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis:  
confi-